Comitato regionale di coordinamento per la Certificazione Linguistica del Latino

PROVA DI CERTIFICAZIONE LINGUISTICA DEL LATINO – BASILICATA - 14/04/2025
V Edizione – LIVELLI A1 – A2

Constantius et Galerius

Summarium

Postquam secesserunt Diocletianus et Maximianus, Augusti nominati sunt Galerius et Constantius, qui antea fuerunt Caesares. Vir egregius et affabilis fuit Constantius, cui traditum est partis imperii occidentalis regimen; adeo amatus est a Gallis ut post mortem inter Deos adscriberetur. Italiae quoque et Africae, quarum Constantius imperium recusaverat cum divitias despicĕret, Galerius, Augustus Orientis, praefuit.

His *(Diocletiano et Maximiano) igitur abeuntibus administratione rei publicae* Constantius et Galerius Augusti creati sunt divisusque inter eos ita Romanus orbis, **ut** Galliam, Italiam, Africam Constantius, Illyricum, Asiam, Orientem Galerius obtineret, ***sumptis*** *duobus Caesaribus*. Constantius tamen, contentus dignitate Augusti Italiae atqueAfricae **administrandae** sollicitudinem recusavit, vir egregius et praestantissimae civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum **studens**, *fisci commoda non admodum adfectans*[1], dicensque *melius publicas opes a privatis haberi* **quam** intra unum claustrum[2] reservari, adeo autem cultus modici, ut festis diebus, *si amicis* ***numerosioribus*** *esset epulandum,* privatorum ei argento ostiatim petito triclinia sternerentur. Hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit, *praecipue quod* Diocletiani suspectam prudentiam et *Maximiani sanguinariam temeritatem imperio eius evaserant*[3]. *Obiit*[4] *in Britannia Eboraci principatus anno tertio decimo atque* inter Divos relatus est. Galerius vir et probe moratus et egregius re militari, ***cum*** *Italiam* quoque sinente Constantio *administrationi suae accessisse sentiret* Caesares duos creavit, Maximinum, quem Orienti praefecit, et Severum, cui Italiam dedit. Ipse in Illyrico moratus est.

1.adfectans = cupiens	2.claustrum = locum clausum	3.evaserant = evitaverant	4.Obiit = mortuus est

1. **Si propone una parafrasi del brano:completala inserendo al posto giusto OTTO PAROLE scelte fra quelle elencate dopo il testo. Puoi trascrivere le parole o indicarle con il numero corrispondente (8 punti)**

Post Diocletiani et Maximiani _______________, Constantius et Galerius Augusti creati sunt. Constantio Italiae, Africae Galliaeque imperium __________________, Galerio Illyrici, Asiae, Orientis imperium. Constantius tamen Italiae et Africae imperium occupare ______________, quia opes non curabat et ________ cordi erat provincialium prosperitas. Nam divitias in plures ____________________________ putabat nec pertinendas esse ad unum. Laetus quia nominatus est Augustus, cum _____________ non esset, parvo bene vivebat. Cum instruerentur convivia multis hospitibus, argentum a vicinis sumebat.
Dignus___________________apud Gallos ita fuit ut post mortem par esse deo putaretur. Galerius ut recte administraret Africam Italiamque, dum moratur in Illyrico, creavit duos Caesares, Maximinum cui commissus est Oriens et Severum quem___________________Italiae.

1. traditum est	3.honore	5.noluit	7.principatum
2.distribuendas esse	4. praefecit	6. ei	8. avidus

2. **Comprensione globale del brano: leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta (VERO/FALSO) (8 punti)**

1.Creati sunt Caesares ab Augusto et Diocletiano Constantius et Galerius	V	F
2.Constantio Gallia, Italia et Africa, Galerio Illyria, Asia et orientis pars commissae sunt	V	F
3.Imperium Italiae Africaeque Constantius accepit, sed Galliae recusavit	V	F
4.Si epulandum esset amicis numerosioribus, argento ad hoc empto triclinia sternebantur	V	F
5.Gravi Diocletiani imperio se liberaverant Galli	V	F
6.Non multum ad fiscum Constantius attendit	V	F
7.Annos triginta regnavit Constantius atque post mortem inter Divos relatus est	V	F
8.Italiae praeesse Galerium Constantius sivit	V	F

3. **Comprensione analitica, quesiti a risposta multipla. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano, E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.:fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (8punti)**

1. Quando creati sunt Augusti Constantius et Galerius?

a. Post Diocletiani mortem, Constantino imperatore
b. Post Tetrarchiae finem, mortuo Diocletiano
c. Postquam imperium deposuerunt Diocletianus et Maximianus
d. Postquam Diocletianus et Maximianus imperatores facti sunt

2. **Quomodo Romanus orbis divisus est inter eos?**
   a. Simul Africam et Italiam Constantius et Galerius rexerunt
   b. Imperium Galliae, Italiae et Africae Constantius habuit, Illyricum, Asiam et Orientem Galerius
   c. Caesaribus Oriens, Augustis Gallia et Asia commissae sunt
   d. Pro Galerio Constantius se abdicavit.

3. **Quid fecerunt Constantius et Galerius ut optime administrarent provincias?**
   a. Duos Augustos creaverunt ex provincialibus
   b. Duces fidelissimos creaverunt
   c. Quattuor Caesares sumpserunt
   d. Duos Caesares sumpserunt

4. **Cur Italiae atque Africae administrandae sollicitudinem recusavit Constantius?**
   a. Gaudebat Augusta sola dignitate
   b. Divitias maxime appetebat
   c. Vir privatus vivere malebat
   d. In Gallia se collocavit

5. **Quid putabat de divitiis Constantius?**
   a. Putabat privatibus publicas divitias possidendas esse
   b. Putabat paucis publicas divitias possidendas esse
   c. Putabat principibus publicas divitias possidendas esse
   d. Putabat publicas divitias rei publicae adhibendas esse

6. **Quomodo convivia instruebantur a Constantio?**
   a. Advocabantur pauci amici
   b. Sumptuose convivia instruebantur
   c. Argento a privatis commodato convivia instruebantur
   d. Minima convivia instruebantur

7. **Cur Galli venerabant Constantium?**
   a. Vir egregius et praestantissimae civilitatis Constantius erat
   b. Divitias provincialium ac privatorum Constantius sustinere volebat
   c. Praecipue Diocletiani ambiguo consilio Galli liberati erant
   d. Diocletiani sanguinariam temeritatem imperio eius Galli evaserant

8. **Quid fecit Galerius ut Orientem et Italiam administraret?**
   a. In Oriente Maximinum creavit Augustum
   b. Creati sunt duo Caesares, Maximinus, qui praefectus est Orienti, et Severus, cui data est Italia
   c. Creavit duos Caesares qui praefecti sunt et Orienti et Italiae
   d. Nominavit duos Caesares in singulis provinciis

1	2	3	4	5	6	7	8

4. Riconoscimento delle strutture morfosintattiche, quesiti a risposta multipla. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE; N.B.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante (8 punti):

1. r.1: **His** è:
   a. aggettivo dimostrativo dativo plurale
   b. pronome dimostrativo ablativo plurale
   c. pronome possessivo dativo plurale
   d. pronome possessivo ablativo plurale

2. r.2: **ut** introduce:
   a. proposizione finale
   b. proposizione temporale
   c. proposizione consecutiva
   d. proposizione completiva

3. r.3: **sumptis** è:
   a. participio perfetto
   b. aggettivo qualificativo
   c. participio presente
   d. indicativo perfetto

4. r.4: **administrandae** è:
   a. genitivo femminile singolare del gerundio
   b. nominativo femminile plurale del gerundivo
   c. genitivo femminile singolare del gerundivo
   d. dativo femminile singolare del gerundivo

5. r. 6: **studens** è**:**
   a. participio perfetto di *studeo*
   b. participio presente di *studeo*
   c. participio futuro di *studeo*
   d. sostantivo di terza declinazione

6. r.7: **quam** è:
   a. prolessi del relativo
   b. nesso relativo
   c. congiunzione comparativa
   d. preposizione comparativa

7. r.8: **numerosioribus** è:
   a. comparativo di maggioranza
   b. superlativo assoluto
   c. superlativo relativo
   d. comparativo assoluto

8. r.12:**cum** regge:

a. congiuntivo (costrutto del *cum* + congiuntivo)
b. indicativo (proposizione temporale)
c. ablativo (complemento di modo)
d. ablativo (complemento di compagnia)

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasformazione sintattica: sostituisci le espressioni indicate con altre equivalenti secondo quanto suggerito (8 punti):

1. r.1: ***His** (Diocletiano et Maximiano) igitur abeuntibus administratione rei publicae* Constantius et Galerius Augusti creati sunt **(trasforma il costrutto sottolineato in una subordinata esplicita con il congiuntivo)**

 ____

 ____

2. rr.2-3: ita…**ut** Galliam, Italiam, Africam Constantius, Illyricum, Asiam, Orientem Galerius obtineret, **sumptis** *duobus Caesaribus* **(trasforma l'ablativo assoluto in una subordinata temporale)**

 ____

 ____

3. r. 6 : *fisci commoda non admodum adfectans* **(trasforma la frase in una proposizione relativa)**

 ____

 ____

4. rr.6-7: dicensque *melius publicas opes a privatis haberi,* **(trasforma l'infinitiva da passiva ad attiva)**

 ____

 ____

5. *r.8: si amicis **numerosioribus** esset epulandum,* **(trasforma la proposizione secondaria in una temporale con l'indicativo)**

 ____

 ____

6. rr.9-11: venerabilis Gallis fuit, *praecipue quod ...Maximiani sanguinariam temeritatem imperio eius (Constantii) evaserant* **(volgi la subordinata in forma passiva)**

 ____

 ____

7. r.11: *Obiit in Britannia Eboraci principatus anno tertio decimo* atque inter Divos relatus est. (**Trasforma la proposizione principale sottolineata in una subordinata temporale al congiuntivo, dipendente dalla principale *inter Divos relatus est***)

____

____

8. r.12-13: ***cum*** *Italiam* quoque *... administrationi suae accessisse sentiret,* Caesares duos creavit (**trasforma il *cum* e il congiuntivo utilizzando una forma implicita e rispettando la *consecutio temporum***)

____

____

6. PER CONSEGUIRE IL LIVELLO A2 inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nel seguente brano, tratto dal seguito di quello analizzato (8 punti):

r.1	*...Constantio_____________Constantinus, ex obscuriore matrimonio eius filius,*
r.2	*in Britannia creatus est imperator et in locum ____________exoptatissimus moderator accessit.*
r.3	*Romae interea praetoriani excito_______________Maxentium, Herculii filium, qui haud procul*
r.4	*ab urbe in villa publica morabatur, Augustum nuncupaverunt. ______nuntio Maximianus Herculius*
r.5	*ad spem arrectus resumendi fastigii, quod invitus amiserat, Romam advolavit e Lucania, quam*
r.6	*_________privatus elegerat in __________amoenissimis consenescens, Diocletianumque etiam per*
r.7	*litteras adhortatus est, ut depositam___________________potestatem, quas ille irrisas habuit.*
r.8	*Sed adversum motum praetorianorum atque Maxentii Severus Caesar Romam______________*
r.9	*a Galerio cum exercitu venit obsidensque urbem militum suorum scelere desertus est.*

Ager, agri
Mitto, mittis, misi, missum, mittere
Morior, moreris, mortuus sum, mori
Pater, patris
Qui,quae, quod
Resumo, resumis, resumpsi, resumptum, resumere
Sedes, sedis
Tumultus, tumultus